

Q. D. B. V.

Ad

LECTOREM VERITATIS
STUDIOSUM.

P R A E F A T I O .

Dicitur quivis peculiari illectamento, ac sua cuique debentur propria; ita aliis S. S. Scripturae sedulò evolvit paginam, ac ad ejus Mysteria attendit; aliis Justinianum in sinu foveat; alio Galenica arrident documenta, quæ & summopere mihi, ac hisce unicis & incumbui & insuper in cumbam. Incubam, dum nullus in arte evadit edocetus. Incubui quòd hocce studio me ipsum & alios noscam, aliisque inserviendo eruditior evadam. Antequam autem quisquam artificis nomen obtinere justò potest, artis suæ specimen edere conatur, hucusque & egò progressus, meum in forma Casus, ab Excellentissimo atque Expertissimo D. BARBECK Professore Medicinæ Ordinario ac Promotore meo observati ac commendati, specimen reddere annitar. Ast confiteor impares ausus, tam opiparum enim nūl aut invincibili artificio fabricatum, quod hodiernis illustrium Deorum Mensis (quibus Nectar & Ambrosia solum) inferri mereatur, quorumque Aræ tam spatiofa fulgent lumine, ut excludant nihil, sanè juventutis meæ rationem habebunt, nullumque posse ludere dextrā, ac non nisi ætate nos redi sapientiores judicabunt; ab obstrepentium autem, tam nec sincerum quicquam neuerūculpatum quin inverti ac dubia frangi soleat, turba. Tu a B. L. loces mihi vacivas aurium ædes, ac dexterè explices, oro. Tu DEUS T. O. M. à quo Πάου δόσεις αἰράῃ, καὶ πᾶν δώμημα τίλειον, labia mea aperias, linguamque moderes, & os meum annuncias laudem tuam!